EQUESTRI ET VETUSTO GENERIS AC NATALIUM SPLENDORE, VIRTUTE ATQUE HEROICA FELICITATE Nobiliſſimo viro,

DN. ANTONIO DE SALHAUSEN,

In Benſen & Marckerßdorff/ꝛc.

Dn. Parenti ſuo, ipsâ vitâ cariori & omnibus filialis obedientiæ officiis jugiter proſequendo:

Has ingenioli ſui & ſtudiorum primitias
Literarii exercitii ſymbolum
Debiti obſequii ἐπίδειγμα
Gratæ memoriæ τεκμήριον:

Pro feliciori novi anni augurio
ſtrenæ loco
Ut meritò debuit, ita lubens voluit

Dicare & conſecrare

FRIDERICUS DE SALHAUSEN Fil.

AD Dn. PERORANTEM DISCIPULUM SUUM.

Rectè ſedulitas laudem præclara meretur;
Et virtus, quæ animi ſymbola grata refert:
Sedulus es: *quoniam quæ te tardare laborant*
SALHAUSI, *exſuperas & benè curris iter.*
Id certè indè patet, celebri quòd in arte peritis
Auſus es orando promere digna, Viris.
Gratus es, *has chartas tandem quòd mittis & offers*
Patri, *à quo primùm vita ſalusq; tua eſt.*
Ergò tua eſt meritò laus (*quamvis unus & alter*
Arrodat Momus, te nihil iſte movet)
Perge, tuosq; refer proavos, chariq; parentis
Et JANI ABRAMI magnum imitare decus.
Perge, *dabit vires pergenti* Chriſtus, *& auſum*
Ad majora vehet, non ſine laude, tuum.

Felicis ominis
ergò

F.
M. Johannes Langenheim/ *T.*